



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

IV. Si mulier a consanguineo viri sui fuerit polluta, & veneficum periculum  
& alias vitae insidias viro machinata, potest inter eos diuortii sententia  
promulgari, ita vt vir ea mortua licentiam ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO CHRISTI  
1179. memorati H. occasione literarum , quas saepdictus R. a nobis non facta mentione de appellatione inhibita aut de iuramento illi delato , & non praestito , appellatione remota , in irritum reuocetis , & sententiam vestram inuolabiliter faciatis obseruari , & eumdem R. in expensas portitoris literarum , pro eo quod a probatione sua destitut , condemnnetis . Postea vtraque parte ad vos conuocata , causam audiatis , & secundum tenorem abrasarum literarum , quas vobis sub sigillo nostro remittimus , fine canonico terminetis , nullis literis obstantibus . Si vero temeritatem & fraudem illius velimus attendere , & illum suis meritis iudicare , illi super eadem ecclesia faceremus silentium imponi .

CAP. IV.

Ex tenore literarum tuarum nobis innotuit , quod cum P. parochianus tuus ab A. muliere , quam in vxorem accep erat , tuo vellet iudicio separari : accusatores matrimonii testes producunt , firmiter afferentes , quod priusquam mulier cum praedicto viro matrimonium contraheret , consanguineum viri cum illa , solum videlicet cum sola , nudum cum nuda , in eodem lecto iacentem viderunt , ea ( vt creditur ) intentione , vt ei carnaliter adhæreret . Publica quoque fama consentit , quod postquam matrimonium cum ea contraxit , se ad inuicem miscuerunt : quod in praesentia tua publice , vt asseris , sunt confessi . Dicitur etiam de muliere , quod a marito se simulans concepisse , alienum partum iam baptizatum ( vt fertur ) se mentita est peperisse : & rebaptizari faciens , virum suum sic decepit . Præterea veneficum periculum , & alias vitae insidias viro parasse prohibetur . Quia igitur nos consulusti , si haec probationes ad matrimonium soluendum sufficient , sic respondemus , quod tum ex confessione , tum ex violentia & incerta suspicione fornicationis , præsertim scilicet , quod de partu & mortis machinatione dictum est , & ipse probare vellet , non immerito potest diuortii sententia promulgari : ita vt vir licentiam habeat , ea mortua , aliam ducendi in Domino , ipsa vero sine spe coniugii perpetuo perseueret .